



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 127. Rex Galliarum Eugenii obsequio constanter addictus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

tus Ministrum respondit, I. *Francorum* Sæcul. XV.  
*Rex semper favit dignitati generalium Con-* A. C. 1440.  
*ciliorum, & sequendo vestigia Patrum suo-*  
*rum paratus est audire Ecclesiam legitime*  
*congregatam.*

II. *Hunc favorem non minus quam obe-*  
*dientiam speciatim ostendit, ac præcipue er-*  
*ga Basileense Concilium, quod pro legitimo*  
*tenuit, ad ipsum Legatos suos misit, dixitque,*  
*multa bona in eo constituta esse, quæ ipsus*  
*approbavit.*

III. *Nec unquam congregationem Ferra-*  
*riensem pro Concilio habuit, nec habet,*

§. CXXVII.

*Rex Francorum Eugenii obsequio con-*  
*stanter addictus.*

Ubi vero agebatur de Eugenii deposi-  
 tione & Felicis electione, responde-  
 runt Episcopi Bituricenses, quia apud mul-  
 tos Viros probos, & graves dubitatio est  
 non modica, an suspensio, depositio, ac sub-  
 sequens electio factæ Basileæ sint rite, juste,  
 Canonice, & legitime celebratæ, dubium e-  
 tiam est, si illa congregatio illis diebus, qui-  
 bus hæc agitata & facta sunt, sufficienter re-  
 præsentaverit Ecclesiam universalem ad tan-  
 tos, & tam arduos actus exequendos, ideo  
 Rex quia non est sufficienter informatus super  
 prædictis, perseverat, & manet in obedientia  
 D. Eugenii, in quo nunc stat. Quare suppli-  
 caturus

*Æn. Sylv.*  
*comment. l. 7.*

Sæcul. XV. *caturus est Eugenium, ut anno sequenti Ge-*  
*A.C 1440. nerale Concilium in Galliis celebraret, a*  
*scissionem Ecclesiæ tollendam, de cetero re-*  
*gat Patres Basileæ congregatos, & Domi-*  
*num Sabaudium (sic Felicem novellum*  
*hunc Papam nominabat) ut dimissis ce-*  
*suris, & comminationibus, ad ea, quæ post*  
*essent, serio intenderent. Ubi autem Rex*  
*debite informatus fuerit de veritate causæ*  
*stius, tunc veritate comperta & discussa, re-*  
*bit cum ea, & adhærebit veritati Catholice.*  
 Denique responderunt Prælati: Quod ad  
*Pragmaticam Sanctionem spectat, Rex non*  
*inviolabiliter vult observari in regno suo, & si*  
*qua videntur nimis rigide in Concilio Bas-*  
*leensi facta, in illo Generali Concilio a sum-*  
*mo Pontifice in Galliis celebrando, moder-*  
*rari poterunt.*

## §. CXXVIII.

*Caroli VII. edictum de scissionibus*  
*Ecclesiæ.*

Hæc Regis responsio Basileensibus Le-  
 gatis nimium quantum molesta acci-  
 derat, facile prævidentibus, inde turgi-  
 das spes, quas Felicis fautores concepe-  
 rant, minimo minus annihilatum iri, dum  
 Gallorum Rex repudiato Felice nomine  
 Eugenium Papam, & Synodum Basile-  
 leensem acceptaret. Ceterum Carolus  
 VII. dato hoc responso undecima Se-  
 ptembris